UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Ecclesia

Buchinger, Michael

Dilingae in Rhetia, 1556

VD16 B 8998

Prima ecclesia & huius incrementa.

urn:nbn:de:hbz:466:1-64468

Visual Library

PRIMA ECCLESIA, ET huius incrementa, Quando inſtituta: & in quot plagas mundi ſe extendat Chriſtianiſmus.

Eccleſia paruis initijs creuit.

Quæ ſint ætates eccleſiæ catholicę, incrementa atq; progreſſus, indicat campenſis lib. 1. ca. 1. ecc. hier.

Oſee 11.

PRIMA ECCLESIA corpus eſt unum, cuius plurima membra, inque membris iam augetur iã minuitur, iam enim multi, iam pauci Chriſticolæ ſunt. Legimus ab aſcẽſione domini Hieroſolymis 120. fideliũ fuiſſe, acto. 1. 2. 4. Eaq; prima eccleſia fuit: Nemo enim gentes ante ſaluatoris aduentum in Dei cognitioni uocauit, inquit Cyrillus in Gen. lib. 3. &c. Deinde aucta trium ac quinq; milium fuit, quos Cephas duobus ſermonibus ſuis ad fidem Chriſti cõuertit: protinus pari ratione ſubinde aucta eſt, per eos, qui uerbum in Samaria receperunt, Lucas in libro praxeôn 8. 9. 10. per Paulum, Ananiam, Cornelium Romanum, &c. Et in omnem terram exiuit ſonus eorum, Pſal. 18. Mar. 16. Et in fines orbis terræ uerba eorum, Breuiter. Ex Aegypto translata eſt uinea ſolymas, inde expullulauit in nationes, acto. 11. 14, &c. HANC igitur eccleſiam nos cum ueteribus matrem adpellamus, filioli enim eius ſumus, nos antiquos ſeu polychronious habemus quos ſequimur, quos non

non puduit lauare ſtolas in ſanguine agni. Et mecum ſequuntur Chriſti fideles Germaniæ: regnorum Hiſpaniæ, Galliæ, Angliæ, Hungariæ, Poloniæ, Neapolis, Italiæ, &c. Quibus etiam ſe coniunxerunt ferè communi uoto, proximis annis & noſtra ætate, qui 35. annum Dei nutu attigimus, Indi Cinpualenſes Taſcaltecalenſes: Temiſtitani: Aculuacenſes: Tuxtebequenſes (olim Anthropophagi & humanæ carnis comeſtores) Churultecalenſes, &c. item: Ophira, de qua 3. Regum, Iucatana. Fernandina, Cuba prius dicta. Cozumella, Colluacana, &c. Canonorenſes, Cambaienſes, Guzeratenſes, &c. item Canariarum Inſulæ. America, quam uocant Atlanticam aut Braſilij. Tepeacenſes, Matenira, Dominica, ubi Epiſcopum agit frater Garſias de Padilla. Quodoluppa, Mandaſſeret S. Chriſtopho. S. Martha, S. Bartholo. S. Maria Della rotundo, S. Crux. S. Iohannes, Epiſcopum ibi agit Alphōſus Manſus: Dariennenſibus præeſt Ioannes Cabedus Ep iſcopus ibidem. In conceptione oppido fungitur officio paſtorali Petrus Xuaretz Doctor: Cubenſis hodie Epiſcopus, F. Bernardus de Meſa, nobilis Toletanus, &c. Item, Sciana, Iamica, Antillæ, Medera, inſul. Heſperidū, hæ ſunt regis Portugalliæ, Inſul. Tortucarum, &c. Qui

Gentium uocatarū numerus infinitus.

omnes indies ardenter Chriſtum agnoſcere do-
cent, & ſuis in terris uiuificum Dei uerbum cum
ſanctorum patrum decretis & traditionibus, nõ
ſine admiratiõe ueneranter cũ gratiarum actiõe
diuino impulſu puncti, prædicare permittunt, et
religionem Chriſtianam complectuntur : ſanè
memoria noſtra, quod dictu mirandum, cum Cle-
mens 7. Romanus pontifex, & Carolus V. Im-
perator Bononiam negocij cauſa conueniſſent,
PRETO IAN ſeu Belulgian maximus Abyſſi-
norum rex (cuius fines ſeu limites in 40. am-
plius regna diſtinguuntur, Mediterraneam enim
Africæ partem tenet, hodiernum ipſorum idio-
mate Atanadidinghel uocant, nos Claudiũ:) cum
ABVMA, qui his in terris patriarcham agit &
cum ſuo purpureo ſenatu ſedem patriarchalem
habet in urbe Barrara, &c. Anno reparatæ ſa-
lutis 1533. fidei ſuæ rationem & propẽſum ani-
mum erga occidentalem S. Romanam eccleſiam
uniuerſalem, quæ nunc radios claritatis ſuæ
in Orientales, Occidentales, Meridionales, Se-
ptentrionales occiduas plagas mittere conſue-
uit, per Legatos ſuos pontifici Maximo &
Carolo V. Auguſto Cæſari Maximo, expo-
ſuit menſe Februario : Qui & Clementi 7. Ro-
mano pontifici per Petrum Aluaren Indicæ

claßis

claſsis præfectum, aureã crucem in ſignum perpetui fœderis tranſmiſit. Taceo regem Muleaſsẽ Tunetanum qui eandem ſpem certam eccleſiæ de ſe promiſit, anno 1537 etc. Sic anno domini 1543 S. Roma. eccleſiæ obedientiam iurarunt, Cupenſis: & Scianus, ambo reges in Moluccarum inſulis. Eodem etiam anno Frãciſcus Caberius Apoſtolicæ profeſsionis homo, 10000. hominum unõ menſe in aurea Cherſoneſo (quæ gens olim dæmonum cultrix fuerat) catechizauit, ubi & Michaël Vaſius Luſitanus homo Epiſcopum agit. Sic anno domini 1544. à prorege Luſitaniæ in Malacha aureæ Cherſoneſi emporio, præter felicem rerum externarũ ſucceſſum ſupra quingenta hominum milia dediſſe nomen Chriſto ſignificatum eſt, publice ſignatis literis, &c. Innumeros populos tranſeo. Excutite ergo lachrymas pij, nolite deſperare illis miſeris temporibus, meliora uobis promittit eccleſia: Oportet eſſe ſcandala, hæreſes, &c. ſed uæ per quem ſcandala fiunt. Hæc autem omnia induratis (qui mentem ſuam ſupremam hominis ſpeculam à Deo abalienarunt) in confuſionem ſumma ueritas prædixit, alio loco dicens.

Vide Io㠃. Etrobiũ. Et Io. Chriſto Caluetum ſtellã Hiberum &c.

Deute. 32.

Auferetur à uobis regnum, & dabitur genti facienti fructus eius, putaſne Iudæis illa

tantùm dicta fuiſſe? minime. Nam & Ethnicos quoque opus manuum ſuarum plaſtes agnoſcit: Quapropter dicit, Habeo alias oues & illas adducam. Et Pſalm. 17. populus quem non cognoui ſeruiuit mihi, in auditu auris obediuit mihi. Et Eſai. 65. Ecce ego, ecce ego ad gentem quæ neſciebat me, & quæ non inuocabat nomen meum. Et eccleſia canit: Te per orbem terrarum ſancta confitetur eccleſia. Apertius: prius uocati ſunt Phariſæi, ſed quando noluerunt (eſt enim peccatum uoluntatis) deuolutum eſt ſceptrum Iuda, gratia uerbi & uirtus ad omnes gentes, Apocalyp. 7. Statim natus, Orientales reges ſibi conciuit, Matth. 2. Idem etiam Romanorũ præſides & tetrarchas non repulit, Matth. 8. Actor. 10. Cananæos itidem recepit, Matth. 25. paſtoris quoque uox eſt: Amen dico uobis, quòd multi uenient ab Oriente & occidente, & diſcumbent cum Abraham, Iſaac & Iacob in regno cœlorum, Matth. 8. Lucas addit cap. 13. à Meridie, & ſeptentrione. Huius meminit Diuus Auguſtinus contra Epiſtolam Parmeniani libr. 1. cap. 2. dicens. Sedenti in cathedra (eccleſiæ Romanæ) totus orbis Chriſtianus in tranſmarinis, & longe remotis terris ſubiectus eſt, &c. De uocatione

Eccleſiæ auctus nõ deſinit.

gen-

gentium mentionem facit, Actuum Apoſtolorum liber cap. 6. item: Matth. 28. Romano. 3. Ephe. 3. Galat. 1. Colloſſ. 1. Acto. 9. 11. 13. 18. 28. 1. Pet. 4. Romano. 10. 15. &c. Sic etiam ſe typus habet eccleſiæ. Reſpice, dixit dominus Abrahæ, ſtellas cœli, Coh ij heie zarecha, hoc eſt, ſic erit ſemen tuum. Summa: Filiorum Eccleſiæ numerus arenam ſuperat maris, Romano. 4. Pſalm. 138. Nos ergo eccleſiam illam magnam diffuſam non in unico & eo frigido orbis angulo, ô Zythobibuli Huſſitæ, ubi nihil niſi crapula, atque adeo libido & cætera hoc genus uitia dominantur, querimus. Non, inquàm, apud unicam natiunculam linguæ inexpeditæ, inueſtigamus: ſed & homines Latinos, Græcos, Indos. Fortes Chriſtifideles Germanos, Orientales, Occidentales, Meridionales, Septentrionales, tot Chiliades ſiue Myriades ſanctorum triumphantium & militantium, merito uobis nugiuendulis præferimus. Eant ergo nunc νομοθέται, & iactitent ſe habere multos fautores dogmatum, ingentes uires ſeu acceſſiones (habuit autem etiam immēſum ſodalitium Samaritanus, Catilina, Arrius) & ultimum Thule, quid uerò Thyleç quantilli æſtimanda ad eccleſiæ catholicæ collationemç

Eccleſiam eſſe per omnes gentes & linguas, uide Auguſt. in Epiſt. Ioā. Tracta. 1.

Thyle inſularum

ultima, quæ circũ Britanniã iacent in oceano Orcadico.
Nota.
Zach. 2.
Catholica ueritas refulget in uniuerſa eccleſia.
Eccleſia domus ampla.

Sed nolo ulterius fundere ſermones, quid uelim,
candide lector noſti : ualeant itaq; homines, Et
cœlo & terræ inuiſi: Cæterum non *exiſtimãdum*
eſt amplitudinem eccleſiæ ex copia populorum
innumerabili, & ex terræ climatibus ſeu oris
multis pendere, ſed ex fidei, ſpei & charitatis
ſynceritate & ardore, tot enim eccleſias ſeu ac-
ceßiones tantis locorum & temporum interual-
lis ſibi diſtantes, docuit hactenus unus Spiritu
ſanctus paracletus, Nam *uniuerſæ eccleſiæ con-*
ſentiunt ſibi : Domus *certe ampla eſt eccleſia, o-*
mnium capax eſt, omnes peccatores uere pœ-
nitentes recipit, de qua domo Geneſ. 28. 2. Reg.
7. 3. Reg. 8. Pſalm. 25. 83. Eſai. 5. 56. Agg. 1. 2.
&c. Cum interim tumultuaria eccleſia hypocri-
tica ſit, idea platonica, Belua *tricorpor, chimæ-*
ra, ſcylla latrãs, ex dentibus ſerpẽtinis nata, non
diffuſa ſed in angulo, ſed in multas partes diſtra-
cta, ferro flammaq; omnia miſcens, ſanguine ple-
na, defectuoſa, diuiſa, &c.

SION mons, eccleſię catho- *li. habet ſignificationem.*

ALlegoricôs SION har Kodes, *hoc*
eſt mons ſanctus, eccleſiã ſignificat. Ru-
ſu